Ego sum uita, ego sum inquit uia & ueritas & uita, Quasi diceret quid times? prime
cognoscamus in terra xpm tuum. sed ipse psalmus respondeat, ne putetis ex aliis scripturis ad
hibendum esse testimonium. ipse sibi hic dicere repetendo. Ostendit quid dixerit, ut cognoscamus
in terra uiam tuam, & quasi tu quereres inquam terra. qua uia in omnibus gentibus salutare tuum.
In quam terra queris audi, in omnibus gentibus, Qua uia queris audi, salutare tuum, Aut
forte non est xps salutare illius & quid est quod dixit senex ille simeon. senex inquam
in euangelio seruatur annosus usque ad infantiam uerbi. Accepit enim senex ille in manibus
suis infantem uerbum dei. Qui & in utero esse dignatus est in manibus senis dedignaretur.
illi in utero uirginis qui in manibus senis, infirmus infans & in utero uiscere & in manibus senis
nobis danda firmitate per quem facta sunt omnia, & si omnia & ipsa mater; uenit humilis.
uenit infirmus sed inductus infirmitate mutanda; Quia & si crucifixus est ex infir
mitate. sed uiuit ex uirtute dei, Apostolus ait, Erat ergo in manibus senis, & quid ait senex
ille quid ait gratulans quod iam soluendus hinc esset. Uidens in suis manibus contineri
a quo & in quo salus ei continebatur. Iam dimittis inquit domine seruum tuum
in pace Quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum, Ergo benedicat nos dominus & misereatur nostri
in terra hic in hac uita cognoscamus uiam tuam,

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 7, fol. [1]v – Augustinus Aurelius, <i>Enarrationes in Psalmos</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cje3/7097/57992)